1880. IV. 53.

z roku 1503.

tj. roku śmierci Alex. VI

Ciołek mógł być wysłany

w końcu 1502 r.

Mowa wygłoszona 31 III 1501 w Rzymie

¶ ERASMI·VITELLII·C·PREPOSITI VILNENSIS·ILLVSTRISSIMI DOMINI ALEXANDRI MAGNI DVCIS LITTHVANIE SECRETARII & ORATORIS. AD ALEXANDRVM SEXTVM PONTIFICEM MAXIMVM IN PRESTITA OBEDIENTIA·ROME HABITA ORATIO·

SALVATOR·noster Iesus Christus· post multa ac uaria diuine ordinationis sue instituta· unum designare uoluit·cui Ianuam regni sui celestis integerrima libertate gubernandā cōmitteret: Tue uidelicet celsitudinis Pontifex sancte p̄decessorē illū primariū Petrum piscatorem: Vt quod preceptis salutaribus ad perpetuā beatitudinem cōsequendā sanctierat in terris: Hoc per unius potestatē & omniū credentiū irrefragabilē obediētiam firmaret in celis: Sacratissimo attestante eloquio· cum dixerat: Tibi dabo claues regni celorum·& quodcunqꝫ ligaueris super terram erit ligatum in celis·& reliqua: Que etiā ad te dicta nemo est qui ambigat· cum ritte & legittime Sedem hanc sanctā conscenderis·diligentiqꝫ prouidentia fultus merito locum Petri possides·Itaqꝫ ianitor excellentissime ut aperias pulsare necesse est. & omne seruitutis obsequiū·a christianis principibus. tibi supremo christiane religionis gubernatori. totiusqꝫ gratie & cle

mentie conseruatori·pulsa quauis temeritate iuste p̄stari debet · quemadmodū indies deuotissime exhibetur: Quo monarchia christiana creuit florentissime. dum id quod necessario facere debuit· sincero & beniuolenti effectu nō neglexit: Itidem nunc Illustrissimus dominus Alexāder magnus Litthuanie princeps per me instituit explendū. singulari ad hanc sanctam sedem permotus deuotione & affectu: Tametsi uero habuerit presules dignissimos· et plures ducatus primores·uiros equidem prudētes·& militari balteo nobilissimos·quibus id peragendum digne cōmittere potuisset· aut saltem eorū aliquem mihi in collegam assotiare · hoc tamen repentinus bellorum insultus prohibuit ubi inter magna & diuersa discrimina· magnis etiam consiliis & diuersis militum experientiis indiget· Quāobrem ducalis celsitudo ad complenda uota sua me solitarium deputare uoluit: Et reuera nisi me tum Magnanimi principis imperium · tum seruilis & humillima parendi necessitas. hortarentur et cogerent·nunq̄ tam grande & primum inter uulgus periculum subiissem·ubi se unum cūctis tacentibus prebeam audiendum: Presertim coram tue Sāctitatis diuino quodā numine & aspectu tamqꝫ celeberrimo Reuerendissimorum Cardinaliū ordine·que mentem humanam quantūcunqꝫ fortem et audentem tanquam micantia sidera deterrent·& fulgore prudentissimo consternunt fiatqꝫ (si bene

didici) ut tam sacre maiestatis nouitate attonita paueat & titubet: Considero enim hoc in loco · non nisi uiros graues · consilio doctos · & etate maturos simile offitium absoluisse: quorũ uestigia dum attentius intueor · perpeditum michi dicendi ornatũ cum desit facundia · ademtamq; Oratoris dignitatem · remota experientia animaduerto: Illuc enim continuus armorũ strepitus · litterarum rudimēta non admittit: Restat ut periculum iminens · & notam erroris ac ignorantie tute euitare possem · diuinam opem et tuam qui dei in terris uices geris clemenciam cũ uenia imploro: Amplissimus ducatus Litthuanie · ab annis quatuordecim supra centum · relictis gentilitatis erroribus · Christianã Religionem professus est · quam non miraculis conuertentis · sed sponte · cognita ueritate · ad ducis ipsorum hortamenta · deuotissime susceperunt · & hucusq; inconcussam cōstanter obseruant · ac indies pro eiusdem Catholice Religionis honore & augmento cooperari non desistunt: Testantur id plurima dei templa · munificentissime ornata · & Sedes Episcopales bene dotate & honestissime prouise: Tantum illi sub hoc breuissimo tempore ad fidem sanctam allecti · in sincera charitate & magna diuini cultus dilectione profecerunt: Et ut terra ipsa per loci & gentis descriptionē tue sanctitati paulisper cognita sit · liceat pace tua deliberata corã proferre Est quidem Litthuania · longe lateq; patens pro-

uintia.inter orientem & septentrionem sita·nonin/
gentorum miliarium spatio in circuitu conten/
ta Sarmatiam Europe continuans·Inclito Regno
Polonie uicina·Maris Cimbrici in baltico littus
habet·Boristene & aliis fluuiis utilissimis allui/
tur·qui alueorum magnitudine proprio impetu
feruntur in mare·non mediocre cum maximis la/
cubus afferentes commodum: Terram habet ferti/
lissimam que tritici omniūq frugum copiam ger
minat: Melle habundat·quo aqua cocto loco uini
utitur tantundem saluberrimo; Aurum & argentū
plurimum semper accipit·pro cera quam de melle
extrahit suffitientissime·& illam sola ad longin/
quas regiones transmittit: Diuersa etiam commer
tia mari illi germanico opportune suggerit·pro
quibus sal·uinum·species·& pannos egregios fa/
cillime conquirit: Pelles omnium generum cario
res·toti fere orbi cōmunicat: Ceruos·bisontes·ona/
gros·usui humano conuenientes in magna multi
tudine gignit: Relinquo cetera que soli bonitas
pro utilitate patrie illius & decore profert gratissi
ma: Vtcunq enim multa enumerare uellem plura
me pretermisisse comperiam: Habet preterea uiro/
rum sobolem audentissimam·tam corporum emi
nenti robore·q̄ etiam animorum connata quadam
industria pulchre a natura prouisam·Nullius un
quam preter ducis sui paruerunt imperio qui dum
alios etiam duces ditissimos sibi habeat subiectos:

Solus Magniducis titulum per excellentiam ferre potest: Linguam propriam obseruāt. Verum quia Ruteni medium fere ducatum incolūt. illorum loquela dum gracilis & facilior sit utuntur communius: Exteros homines de uirtute ipsorum singulari quadam gratia & affectu prosequuntur: Contra rectum & honestum nichil unq̄ moliri possunt. sola simplici ueritate bene docti. & fide illesa munitissimi: Sed prohdolor Turci. Religioni Crucis sancte hostes acerrimi. quemadmodum per annos plurimos & presertim hiisce temporibus. Regna. principatus. & alia christianorum dominia. uastauerunt & depopularunt. Nōnulla etiā loca sue potestati & imperio miserabiliter subiugantes: Sic quoqȝ Tartari. Christiano etiam nomini infestissimi. eidem secte Machometice concatenati. neqȝ minus potentes. ipsorum tirannidem & crudelitatem atrocissimam contra ducatum illum diuerterunt: Habet nanqȝ ducatus iste duos scitharū Cesares potentissimos. lateri suo contiguos. Vnum trans Tanaim fortiorem. qui centū milibus equitū in statione cāpestri ponere potest. & hic remotior est. paludi Meotidē applicās: Alterū circa Boristenem Caphe finitimū. qui etsi primo debilior sit. propinquior tamē. quo facilius cōtinuas incursiōes in finibus ducatus facerē solet: Et quia Caphe uicinus est quā Turcus possidet. dū maioribus uiribus pugnare cōtendit. eiusdē Turci Caphēsis auxilia conquirit

cum quo sortem equalem in diuidendis spoliis per modum pacti obseruat: Ab hiis ducatus Litthuanie·per potentes & creberrimas incursiones·assidue impetitur & iacturam accipit·Super quorum insultus quamuis ducalis celsitudo·diligenter tempore quolibet animaduertat custodiam & militũ presidia in finibus adhibendo·raro tamen cum eisdem prelium committi potest·Nam genus est hominum fugacissimum·arcu·sagita·& framea armatorum·quippe qui luporum more clandestinis incursionibus dediti nunquam in atie persistunt·Et cum dux ipse·pro debito tutande reipublice·potentem aduersus eosdem hostes profectionem parat·& iam interdum castra sua ipsorum residentie propinquius admouerat·Illico ad campestria & paludinosa latibula remotius aufugiunt: Tantũ enim equorum celeritate·& sua quadam paciencia in perferendis laboribus preualent·ut quod nostri per biduum cito satis transitu ire possunt·hoc illi dietim celerrime transuolant·Necꝫ eis estus aut algoris niuiumcꝫ asperitas difficultatem prebent·sola gramina quantumcuncꝫ grossa equis eorum sufficiunt·que hiemis tempore·dum niue profundissime tecta sint·ungula querendo excutiunt & tanq̃ recentibus pabulantur·Illis equi fessi laboribus consumti·dum iam uiribus destituuntur esca sunt placidissima·& sanguis in modum pulmenti cibus est nobilior·sola aqua etiam paludinosa &

utcunq; turbida sitim restinguunt· quibus sic con
tenti·facillime per illos campos latissimos ubi nil
preter celum & terram conspicatur· ueniunt depo
pulatum & redeunt· Milites uero ducales· quia
tantum defectum pro sua & equorum conditione
sustinere nequeunt·si eos in oris ducatus intrantes
aut exeuntes profligare neglexerint· amplius inse
qui non possunt·itineris longitudine & alimento
rum penuria prohibente: Dum igitur
eadem Tartarorum gens ferosissima ·quotannis
imo & mense quolibet·sine ulla intermissione duca
tum hunc damnificet·continuũ & pene indelebile
cum eis bellum gerit· nullo unq̃ subsidio de uici/
nis christianorum dominiis habito : Nuper uero
dum Illustrissimus Magnusdux·ex litteris tue san
ctitatis intellexerat· omnes christianorum princi/
pes ad unanimem actionem · contra atrocissimos
Turcos preparari·gratulabatur plurimũ· q; semo
tis discordiis intestinis·publice utilitati consulere
tur attentius·que prudentissima prouidentia tua
pro pastoralis dignitatis offitio instituere curauit
ad illud tam sanctum propositum·totam uniuersi
tatem christianam·paternis hortamẽtis inuitãdo:
Quando quidem cupiat desideranter gregem do/
minicum a luporum rapacitate protegere: Vt illa
hostilitas potentissima que per tot tempora diuisis
& priuatis defensionibus uinci non poterat · Sic co
adunatis uiribus·Christo annuente domino supe

raretur commodius · & de propriis etiam sedibus
pulsa · facilius aboleri possit · rediretq; ad perpetuā
tui sacri nominis memoriam pax noua in terris:
Quibus motus dux ipse · cōceperat sub eodem tem
pore pertinenter, uni Tartarorum Cesari Caphe
finitimo bellum totis uiribus inferre · durante eadē
Christianorū actione · ne Turco in subsidium ueni
re potuisset · Et pro liberiori actiōe sua, celeriq; effe
ctu Treugas pacis cum altero Tanaita pepigerat
Iamq; belli primitias huic anno transacto dedica-
rat · nisi eum ducis Moskouii fraus · & fracta fides ·
per bellum temerarium & iniustum a proposito re
traxisset. Vult tamen aduersus Tartaros instituta
constanter prosequi, dummodo ceptam cum Mos-
kouitis actionem · iustitia sancta auxiliante felici-
ter terminauerit: Ortum autem tanti prin
cipis dignissimum paucis explicabo · Habet enim
sublimitatem generis clarissimam · de domibus re-
gum & alta principum familia honestissime dedu
ctam · cuius auus eiusdem ducatus habens guber-
nacula, reiecto errore primus fidē Christi suscepit
Illico nutu quodam diuino in Regem Polonie ele
ctus: Vitoldus uero frater suus · Sacro etiam bapti
smate tunc insignitus in administranda republica
doctissimus · seueritatem pietate moderans · Duca-
tum mira equitate & prouidentia regebat · ut suis
semper nedum preesse sed prodesse magis curaue-
rit · hic primus illis leges cōdidit · & plurimas edes

Sacras pro amplianda fide constituxit. In defendē do ab hostibus dominio. strennuus fuerat & inui/ ctissimus propugnator. unde per laudem & famā omnium uulgatissimam. magnū nomen tempesta te sua promeruerat: Que dum Cesar Sigismnndus perfectius didicisset (prouintie etiam amplitudi/ ne motus) sibi coronam per oratores proprios du/ xerat transmittendam. & ut regia fulsisset magesta te indulsit. Voluit enī iustissimus ille princeps & uerus Augustus uirtutē condigno premio decora re cunctis in exemplum. Sed anteq̄ oratores sui ue nientes iter ceptum perfecissent mors Vitoldum celerius q̄ debuerat oppressit: Moriebatur demum Rex Polonie germanus. cui succedebant filii. Vla dislaus in Regnum. qui postea & Hungaris pre/ fuit. Hic pro sancta Religione contra gentem Ma chometicam uiriliter pugnans. unacum Iuliano Cardinali gloriosissime occubuit. multis ante Tri umphis. honorifice de hoste reportatis: Kazimi/ rus tandem frater suus qui post patris obitum du/ catum Litthuanie per electionem obtinuerat. ite/ rum post fratris necem ad Regnum accipitur. Hic per multos annos utrumq; dominium felicissi/ me gubernans. prolem reliquit ingenuam. E qui/ bus maiorem dum uixerat Regno Bohemie tran quille & sine quouis tumultu prefecit. & hic qui dem ob prestantissimas animi sui dotes Hungaris etiam hodie imperat: Alterum uero sui nomi/

nis Kazimirum . adolescentem profecto doctrina
et excellenti ingenio ac uite probitate ornatissimũ
mors inuida maiora parantem surripuit. Qui in
urbe Ducatus primaria sepultus . plurimis citra
annos uiginti claret miraculis. Vota cuiuslibet su
is apud deum meritis commendans . ut neminem
spe frustrari permittat Que aliquando simul con
gesta huic sancte Sedi declarabuntur cumulatius
Eodem ordine connumerandus uenit etate iunior
Illustrissimus Princeps & Reuerendissimus domi
nus Fredericus diuina miseratione & tuo munere
presbiter Cardinalis. Episcopus & Archipresul Re
gni illius dignissimus. qui tanq̃ columna nitidissi
ma totius Sarmatie ordinem ecclesiasticum illu/
strat. & in statu honesto diligẽti regimine suo pru
denter & mature conseruat : Quid de filiabus ue/
nustissimis. Germanie ducibus propter loci uicini
tatem honestissimo matrimonio iunctis : Sic op/
timus ille parens pro singulari uoluptate sua ta/
lem prolis exaltationem . uidere poposcit & me/
ruit: Quo uita functo Tertiogenitus filius Iohan
nes Albertus nunc Rex Polonie Serenissimus ma/
gna rerum experientia preeminens paternam Se/
dem pacifice conscendit: Magniducatus
tuuc etiam primores mox Alexandrum quartoge
nitum in dominum & patrem patrie sub electio/
nis ordine unanimiter susceperunt . Iste omni uir/
tute decoratus . gratissimum se nedum suis sed

exteris etiam omnibus hucusq; exhibuit. quippe qui auo religionis integritate. et patruo fidei constantia et defensione. ac genitori gratia et connata benignitate similis censeatur: Animi uero magnitudine et insigni liberalitatis ornamento. Magno illi Alexandro Macedoni merito equari potest: Alia missa nunc facio que siderum cursus per eum ad christiani nominis gloriam futura prenuntiat: Itaq; beatissime pater excellentissimus iste princeps. feruenti et sincero affectu. pro debito ueneration is officio. Te unicum Iesu Christi Vicarium. Romane ecclesie et totius Christiane Religionis Pontificem Maximum recognoscit. cui firmam fidem et ueram obedientiam prestat ac perpetuo pollicetur: Que etsi serius q̄ debuerat compleuerit. loci tamen distantia et temporum inquietudo tarditatem excusant: Hoc ipsum faciunt uniuersi ecclesiastici et seculares Litthuanie prelati. totumq; illud populosissimum dominium. qui omnes uno ore passim te uerum et legittimum Petri successorem profitentur. et se eiusdem gratie humillime commendant: Sed ne longiori sermone pias aures defatigare potius q̄ oblectare uidear. Sciamq; excellentissimā prudentiā tuam. Pontifex beatissime rerū Magistra experiētia omnia hec nosse plenius quippe q cācellariatus uices huius sancte Sedis lō gissimis tēporibus feliciter gubernaras. ubi domū hāc candide Aquile florentissimā potēter tuebaris

constans igitur sis & effice· ut quod tūc pro decore huius clarissime familie impetrabas· hodie solita benignitate de nauicule plenitudine effundas · & motu proprio largiaris ·omnia nanqꝫ potes:

Dixi·

AD hec summus Pontifex habūdāti satis uti uoluit respōsione· laudās & extollens mirifice· Auum· Patruū neqꝫ minus Genitorem· & totā fere huius excellentissimi Principis generationem· Virtute etiam ipsius commendata: Predicans palam amplissimū ducatum Litthuanie Inclitaqꝫ regna: Hūgarie & Polonie· uera antemuralia & totius christianitatis cōtra gentem Machometicam Propugnacula semper ualidissima extitisse: Quaslibet demum orationis habite sententias singillatim repetendo: Egitqꝫ ducali celsitudini immortales gratias suo & Reuerēdissimoꝝ Cardinalium nomine · pro tanta ad sanctam Sedem Apostolicam reuerentia et affectu: Obtulit se tandem paratissimum ad omnia que in eius et dominii sui ornamētum cederent: Oratorem uero ex singulari gratia Prothonotariatus dignitate ibidem manibus propriis decorauit:

Fr. 5.– / Dul.